

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE LIBRARY COLLECTION

Books of enduring scholarly value

Classics

From the Renaissance to the nineteenth century, Latin and Greek were compulsory subjects in almost all European universities, and most early modern scholars published their research and conducted international correspondence in Latin. Latin had continued in use in Western Europe long after the fall of the Roman empire as the lingua franca of the educated classes and of law, diplomacy, religion and university teaching. The flight of Greek scholars to the West after the fall of Constantinople in 1453 gave impetus to the study of ancient Greek literature and the Greek New Testament. Eventually, just as nineteenth-century reforms of university curricula were beginning to erode this ascendancy, developments in textual criticism and linguistic analysis, and new ways of studying ancient societies, especially archaeology, led to renewed enthusiasm for the Classics. This collection offers works of criticism, interpretation and synthesis by the outstanding scholars of the nineteenth century.

Corpus Paroemiographorum Graecorum

Between 1839 and 1851 Ernest Ludwig von Leutsch (1808–1887) and Friedrich Wilhelm Schneidewin (1810–1856), classics professors at the University of Göttingen, published this collection of ancient *paroimia* or proverbs written or collected by ancient Greek authors. Volume 1 contains writings by Zenobius, Diogenianus, Plutarchus, and Gregorius Cyprius. A critical apparatus for each text cites variant readings between manuscripts; a running Latin commentary is given below the critical apparatus; and a Latin preface, written by Schneidewin, introduces the volume and explains the editorial methods underlying the work. The *Corpus* has long been considered the definitive collection of Greek paroemiography and is still used as a model of textual editing by researchers today. Unsurpassed in its breath and scope, it remains an indispensable tool for students and scholars of the Greek proverbial tradition. It ranks as one of the outstanding achievements of nineteenth-century scholarship.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

Cambridge University Press has long been a pioneer in the reissuing of out-of-print titles from its own backlist, producing digital reprints of books that are still sought after by scholars and students but could not be reprinted economically using traditional technology. The Cambridge Library Collection extends this activity to a wider range of books which are still of importance to researchers and professionals, either for the source material they contain, or as landmarks in the history of their academic discipline.

Drawing from the world-renowned collections in the Cambridge University Library, and guided by the advice of experts in each subject area, Cambridge University Press is using state-of-the-art scanning machines in its own Printing House to capture the content of each book selected for inclusion. The files are processed to give a consistently clear, crisp image, and the books finished to the high quality standard for which the Press is recognised around the world. The latest print-on-demand technology ensures that the books will remain available indefinitely, and that orders for single or multiple copies can quickly be supplied.

The Cambridge Library Collection will bring back to life books of enduring scholarly value (including out-of-copyright works originally issued by other publishers) across a wide range of disciplines in the humanities and social sciences and in science and technology.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

Corpus Paroemiographorum Graecorum

VOLUME 1:

PAROEMIOGRAPHI GRAECI : ZENOBIUS,
DIOGENIANUS, PLUTARCHUS, GREGORIUS
CYPRIUS CUM APPENDICE PROVERBIORUM

EDITED BY E.L. VON LEUTSCH
AND F.G. SCHNEIDEWIN



CAMBRIDGE
UNIVERSITY PRESS

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Pseudoepigraphorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS

Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,
São Paulo, Delhi, Dubai, Tokyo, Mexico City

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

www.cambridge.org

Information on this title: www.cambridge.org/9781108015530

© in this compilation Cambridge University Press 2010

This edition first published 1839

This digitally printed version 2010

ISBN 978-1-108-01553-0 Paperback

This book reproduces the text of the original edition. The content and language reflect the beliefs, practices and terminology of their time, and have not been updated.

Cambridge University Press wishes to make clear that the book, unless originally published by Cambridge, is not being republished by, in association or collaboration with, or with the endorsement or approval of, the original publisher or its successors in title.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

**PAROEMIOGRAPHI
GRAECI**

ZENOBIUS. DIOGENIANUS.

PLUTARCHUS. GREGORIUS CYPRIUS.

CUM APPENDICE PROVERBIORUM.

EDIDERUNT

E. L. A LEUTSCH

ET

F. G. SCHNEIDEWIN

PROFESSORES GOTTINGENSES.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXXIX.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

Omnis ille locus, qui est de historia Paroemiographorum Graecorum, quadripartitam habet explicationem. Etenim pro diversa studiorum ratione diversa sequebantur consilia proverbiorum explanatores: alii philosophiam profitebantur, rerum antiquarum scrutationi alii vacabant, sunt qui Grammaticorum fungebantur munere, alii denique prospiciebant usibus sophistarum atque rhetorum, sophistae et ipsi. De quibus omnibus deinceps explicabimus ita, ut rerum summam paucis adumbremus.

Et antesignanus quidem reliquis qui proverbialia contrahendi explanandique provinciam in se susceperunt, exstitit Aristoteles Stagiritica. Is enim quum perspexisset, priscae cujusdam sapientiae et maximis saeculorum tempestatibus humanarumque rerum vicissitudinibus valde attritae luculenta apparere in proverbiorum arguta brevitate impressa vestigia, non indignum arbitratu est persona philosophi, in excutiendis proverbialibus studium suum operamque collocare. Quo in negotio id ille imprimis videtur curasse, ut quid vel ad mores hominum et agendi sentiendique rationem perspicendam vel ad eruendam antiquissimorum temporum memoriam conferrent proverbialia condocerent. Id colligitur ex iis quae de Aristotelis sententia rettulit Synesius Encom. Calvit. p. 85, B. *Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν· πῶς δ' οὐχὶ σοφόν, περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς*

II

PRAEFATIO.

εἰσὶ φιλοσοφίας ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα, περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα. Παροιμία δὴ καὶ τοῦτο καὶ λόγος ἔχων ἀξίωμα τῆς ὅθεν κατηνέχθη φιλοσοφίας τῆν ἀρχαιότητα, ὥστε βόειον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. Πάμπλου γὰρ οἱ παλαιοὶ τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν εὐστοχώτεροι. Namque fuit id et Aristoteli et aliis philosophis persuasum, antiquitatem, quo propius abesset ab ortu et divina progenie, hoc melius, quae erant vera, vidisse.

De Isocratea schola logodaedali contra sentiebant. Quibus quum proverbialia, in vitae communis commercio nata, ad fucatae orationis pigmenta humiliora viderentur et vulgari, opinor, sermonis quotidiani consuetudini relinquenda: hoc quoque exprobrare non puduit adversario suo, quod proverbiorum farragine contracta rem semet indignam fecisset. In quam rem memorabile existat testimonium de Cephisodoto sive Cephisodoro Isocrateo apud Athenaeum Epitoma II, p. 60, D. "Ὅτι Κηφισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους ἡ τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία, — ἐπιτιμῶ τῷ φιλοσόφῳ ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὄλον ποιήσαντος δράμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι. Antiphanis illam fabulam perstrinxit Aug. Meinekius Histor. Comicor. Graec. I, p. 278., dissidium istud Aristotelis et Isocrateorum tetigit Ad. Stahrus in Aristotel. I, p. 68. II, p. 43 sq. Erat liber Aristotelis singularis: in tabula scriptorum apud Diogenem Laertium V, 26. notatur Παροιμίαι α. Quem librum aliam habuisse speciem atque nostras proverbiorum collectiones certum est. Procul dubio enim philosophus spreto fortuito ordinis litterarum tenore, argumenti cognationem et acquabilitatem vel nescio quid reconditoris normae secutus erat. Quam studiose vero Aristoteles ubique vel usurpet proverbialia vel in forma sententiae declaranda moretur, norunt qui non sunt hospites in scriptis ipsius. Sic et in Rhetoricis de forma identidem admonet nec in Politicis praetermiserat occasionem, ex moribus populorum institutisque rerum publicarum proverbiorum origines et usum ostendendi. Inde fluxerunt quae sunt Zenob. IV, 49. VI, 17. 29.; ἐν Κυθνίων πολιτείῃ explicaverat quae sunt IV, 83., ἐν Λακε-

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO.

III

δαίμονιον quae II, 24., ἐν Σαμίῳν quae VI, 12., ἐν Τερεδίων quae affert nota Diogeniani VIII, 58., in Μηλίῳν quae Append. V, 3. Ad Samiorum Astypalaeensiumve πολιτείαν redire videntur ea quae a Zenobio V, 71. memorata ab Aristotele auctore mutuati sunt scholiastae Homeri Odys. X, 9 sqq. Nam Tzetza, cui nollem fidem habuisset collega ad locum illum Zenobii, quum ea ad alterum quendam Aristotelem refert τὸν τοὺς πέπλους συντάξαντα, de more hallucinatur, vide Frid. Jacobsium in Anthol. I, 1. p. 367 sq. Nostrorum Paroemiographorum auctores quin usurpaverint librum Aristotelis non dubito: verum nihil diserte ex illo potissimum commentario repeti memini. Nisi forte Harpocracionem p. 36, 15. Bekker. illum ipsum in mente habuisse dices, quum proverbium Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν Solonis fuisse ἀπόφθεγμα testem affert Theophrastum ἐν τῷ παροιμιῶν, Biantis Aristotelem. Mihi tamen haec notatio videtur manasse ex Ethic. Nicom. V, 1, 16. Εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι Ἀρχὰ τὸν ἄνδρα δείξει. Est praeterea alia Aristotelis in persimili re mentio, quam statim apponam.

Magistri exemplo incitati duo sunt nobiles philosophi, qui eandem Spartam ornarent, Theophrastus, qui nullum facile praetermitteret locum, quem inchoasset is cui successerat ipse, et Clearchus Solensis, scriptor doctrinae historicae et literariae imprimis curiosus nec ulli ille Peripateticorum secundus. Theophrasti librum — singularem enim fuisse constat diserto testimonio Diogenis Laertii V, 45. Περὶ παροιμιῶν α — ex Harpocracione laudabamus supra: eundem excitat Stobaeus Floril. XXXVI, 17. (Apostolius VI, 36.) Γλώσση ματαία ζημία προστρέβεται: Αἰσχύλον· τὸ μὲν ἀπόφθεγμα Βίαντος, ὡς παροιμία δὲ λαμβάνεται, ὡς μαρτυρεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν. Ut Septem qui vocantur Sapientum maxime videatur dicta explorasse. Tertia est notatio apud Apostolium XIII, 58. Νάνος ὢν ὑπείκε: ἐπὶ τῶν μικρῶν. οὕτω Νεοκλείδης καὶ Ἀριστοτέλης. ὁ δὲ Θεόφραστος ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα· οἱ γοῦν νάνοι μέγα αἰδοῖον ἔχουσι.

Haec de Aristotele et Theophrasto. Paulo explica

a*

IV PRAEFATIO.

tius licet de Clearchi Solensis commentariis dicere, de quo praeter Vossium de *Histor. Graec.* p. 83. Westermann. accuratius egit Io. Bapt. Verraert, Gandavensis, in libello academico edito Gandavi 1828. Clearchus proverbialia sua in duo dispescuerat libros: Athenaeus enim VII, 317, A. citat *Κλέαρχον ἐν δευτέρῳ περὶ παροιμιῶν*; rursus XV, 701, C. *ἐν τῷ προτέρῳ περὶ παροιμιῶν*. Et IV, 160, C. *Κλέαρχος ὁ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν ὡς πάροιμιαν ἀναγράφει τὸ Ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον*. Clearchus autem non solum mera proverbialia diligenter collegerat et illustraverat, sed floridiore usus disserendi genere multa comprehenderat in eadem disputationem, quae similem haberent et cognatam proverbialium indolem. Veluti *γρίφους* — de quibus et peculiari libello exposuit — et facete dicta, quae uberrime disputata fuisse monstrant loci Athenaei VIII, 347, F. X, 457, C sqq., XIII, 555, C., XV, 701, C.

Clearchi in nostris Paroemiographis haud rara est mentio. Cujus copias si cum Zenobianis contuleris, hoc est cum iis commentariis, qui doctrinae ubertate et elegantia sermonis reliquis facile palmam praeripiunt, quam illae insignes fuerint eruditionis beata quadam copia intelligitur. Sic instituenda comparatio Zenobii II, 32. cum Athen. VII, 285, C.; IV, 19. cum Athen. VIII, 337, B.; IV, 79. cum Scholiis Platonis p. 319. Bekker. Confer praeter haec Zenob. V, 44. 47., ubi memorata est Schotti emendatio in Scholiis Theocriteis V, 21. (cfr. Apostol. XV, 8.) in locum *Κλέανδρος ἐν δευτέρῳ τῶν παροιμιῶν* recte *Κλέαρχος* reponentis — nam quod inter *Κλεάνθης* et *Κλέαρχος* liberum facit arbitrium, id ob solam litterarum similitudinem facit, non quod aliunde constaret de Cleanthe Paroemiographo —, praeterea V, 48. VI, 29. Apostol. VI, 36. et qui in notis Zenob. III, 8. adscriptus est Hesychius. Fuit autem Clearchus tam amans proverbiorum, ut etiam in *Βίων* libris et fortasse aliis frequenter ad ea enarranda evagaretur. Inde accepta Zenob. IV, 19. VI, 18. III, 41.: vide Verraerti libellum p. 28. Sic *ἐν τετάρτῳ τῶν Βίων* illustraverat proverbium *Οἴκοι τὰ Μιλήσια*, vide ad Ze-

PRAEFATIO.

V

nob. V, 57. Hinc ubicunque deest index libri, non poterit non vacillare iudicium, in quo potissimum libro Clearcheo ejusmodi explicationes infuisse arbitremur. Ut exemplum ponam, quae habet Athenacus I, 4, A., vel in *Βίων* poterat praeteriens tetigisse, vel in *Παροιμιῶν* libris de industria enarrasse.

Ad hos philosophos quartus accedit Chrysippus Solensis, qui floruit circa Olymp. CXXXIV., feracissimi vir ingenii, Stoicae scholae sectator. Exstat de vita ejus et operibus commentatio Franc. Nic. Gisl. Bagueti in Annalibus Academiae Lovaniensis Vol. IV., edito Lovan. MDCCCXXII. Scripsit Chrysippus libros de proverbiis plures: Diogenes Laertius VII, 1. de Zenone disserens: *Καὶ Ἀπολλώνιος φησὶν, ὅτι ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρωσ. ὅθεν τις αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα, καθὰ φησι Χρῦσιππος ἐν πρώτῳ παροιμιῶν*, in quem locum vide Menagium et Suid. s. v. *Αἰγυπτία κληματίς*. In nostris Paroemiographis infrequentior memoria librorum Chrysippeorum: vide Zenob. II, 18. III, 40. V, 32. Eundem tamen tacite sequitur Zenob. IV, 50., quod declarat Suidas v. *Κέρκωπιες*: *Ἡ παροιμία Κερκωπίσειν, ἣν ὁ Χρῦσιππος ἀπὸ τῶν σιωνόντων τῇ κέρκω ζώων φησὶ μετενηνέχθαι*, pessimus ille etymologus, historicae doctrinae osor. Attigit Chrysippus quoque — nec ullus ex paroemiographis tanta severitate proverbia selegit, ut non saepius ad confinia excurreret liberius — cognata paroemiarum genera, ut ἀποφθέγματα: Scholia Pindari Isthm. II, 17. *Χρήματα, χροήματ' ἀνήρ: Τοῦτο ἀναγράφεται μὲν εἰς τὰς παροιμίας ὑπ' ἐνίων [Zenob. VI, 43.], ἀπόφθεγμα δέ ἐστίν Ἀριστοδήμου, καθάπερ φησὶ Χρῦσιππος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν*, ubi ἐν τῷ πρώτῳ παροιμιῶν scribendum videtur. Nisi Chrysippo antecessores, qui discrimen inter proverbium et apophthegma neglexissent, vapulasse putabimus. Ad eundem librum probabiliter referas haec Demetrii de Elocut. CLXXII. p. 78. Walz. *Αἰγυπτία κληματίς, μακρὸν καὶ μέλανα. καὶ τὸ θαλάσσιον πρόβατον, τὸν μωρόν*. De prioro proverbio supra vidimus: alterum discrete ex Chrysippo repetit Seneca in libro *In Sapientem non cad. injur.* XVII. »Chrysippus ait

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

VI PRAEFATIO.

quendam indignatum, quod illum aliquis vervecem marinum dixerat. « Confer Bagueti dissertationem p. 250.

In Prooemio Diogeniani proverbii praemisso postquam de *αἰνοῖς* et *λόγοις* est disputatum variaeque eorum generum species commemoratae, additur monstrosa vox *μάροσιπος*, vide p. 178, 6. Quae quum mea emendandi pericula elusisset, nisi quod nomen auctoris desiderabam et ipse, nuper Aug. Meinekius in *Histor. Crit. Comicor. Graec. I*, p. 23. *Χρύσιππος* scribendum esse conjectit. Et habet ea conjectura quo se approbet. Dixit enim Diogenianus paullo ante de *Μαισωνικῇ παροιμίᾳ Zenob. II*, 11. De Maesone autem persona comica disputasse Chrysippum eamque descendere a voce *μασᾶσθαι* docere instituisse, docet Athenaeus *XIV*, 659, A sqq. Quam memoriam Baguetus de Chrysipp. p. 236 sq. rettulit ad opus etymologicum. Nōs, si vere suspicatus est Meinekius, non errabimus, si ex introductione ductum putabimus, quam Chrysippus libris suis de proverbiiis praenisisset. Praeterea, si illa vera est suspicio, patet Lucillum Tarrhaeum, qui *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παροιμιῶν* de *αἰνοῖς* et *παροιμίαις* paene eadem exposuerat, vide *Ammon. p. 9*. Valckenaer., Chrysippi legisse vestigia, neque alios fontes adisse vel Diogenianum vel qui ex iisdem hortulos suos, sed tenuioribus tamen rivulis irrigavere, Eustathium, Apostolium, Arsenium.

Philosophia Stoicorum quum in eo loco qui est de moribus omnem quasi arcem doctrinae suae poneret, scriptis suis hanc maxime partem illustrabant ejus asseculae. Nec Chrysippus videtur alio mentem intendisse, quam ut semina philosophiae moralis in proverbiiis latentia disputando eliceret. Qua in caussa non poterat non accidere, ut se offerrent, quae ipsi magnopere displicerent. Memoria dignissimus est locus Plutarchi in *vita Arati I*. *Παροιμίαν τινὰ παλαιὰν, ἧ Πολύκρατες, δέσσας μοι δοκεῖ τὸ δύσφημον αὐτῆς ὁ φιλόσοφος Χρύσιππος, οὐχ ὄν ἔχει τρόπον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ᾔετο βέλτιον εἶναι, διατίθεσθαι.*

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ εὐδαίμονες υἱοί;

Vide Diogenian. *VIII*, 46. Similia collegit exempla licentiae philosophorum, quam in detorquendis sententiis

PRAEFATIO.

VII

poetarum et ad placita sua reflectendis sibi sumpsere, Welckerus in Prolegg. Theognid. p. LXXXIII sq. In proverbio *Ὁὐ νυκτιπλοεῖς* Zenob. V, 32. cur dempserit negationem idem Chrysippus, minus patet.

Exstitit autem qui Chrysippeam illam lubidinem accurata disputatione refracnaret Dionysodorus Troezenius. Pergit Plutarchus: *Διονυσόδωρος δ' ὁ Τροισιζήνιος ἐλέγχων αὐτὸν ἀντεκίθησι τὴν ἀληθινὴν οὕτως ἔχουσαν*

Τίς πατὴρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; καὶ φησι τοὺς ἀπ' αὐτῶν οὐδενὸς ἀξίους ὄντας, ὑποδυομένους δὲ προγόνων τιμῶν ἀρεταῖς καὶ πλεονάζοντας ἐν τῷ ἐκείνων ἐπαινοῖς ὑπὸ τῆς παροιμίας ἐπιστοιμίζεσθαι. Facile agnoscas Grammaticum, qui monumentorum integritatem a novatorum et corruptorum lascivia strenue defenderet. Eundem Dionysodorum ut statuum ad honestam Paroemiographorum familiam aggregandum, facit locus Hesychii s. v. *Γλαύκου τέχνη. Διονυσόδωρος τὴν περὶ τὸν σιδήρον κόλλησιν. Γλαῦκος γὰρ Χίος σιδήρου κόλλησιν εὔρε.* Multi autem scriptores olim floruerunt ejusdem nominis, de quibus praeter Vossium de Histor. Graecc. p. 433. Westermann. universe dixit Reinesius in Suid. p. 72., cujus disputationem recepit Bernhardy ad Suid. s. v. *Διονυσόδωρος.* Ego Paroemiographum nostrum eundem esse censeo atque illum, quem Aristarchum fuisse produnt Scholia Veneta A Homeri Iliad. B, 111., quae sunt Didymi: *Καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ (Aristarchum dicit) δὲ χρωμένους ἔστιν εὔρεϊν τῆ γραφῆ Διονυσόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέα καὶ Ἀμμώνιον.* Eundem in Scholiis Apoll. Rhod. I, 917. agnoscit Lobeckius in Aglaoph. p. 1221. Illud certe sententiae nostrae non officit, quod altero loco Troezenius, altero dicitur Alexandrinus. Natum arbitror Troezene doctorum celebritate et urbis allectum in Aegypto sedem fixisse. Illud autem egregie opinionem meam confirmat, quod Alexandrini grammatici omnino averso erant a Stoicorum philosophorum doctrina animo, quum aemuli ipsorum et adversarii Cratetei Pergameni a Stoicorum principiis proficisebantur. Hinc non mirandum est, quod Dionysodorus Aristarcheus Stoici Chrysippi lubidinem castigavit. Nec alius videtur esse Diony-

VIII PRAEFATIO.

sodorus is, qui Ptolemaei Lagi epistolas contraxerat, vide Lucianum *περὶ τοῦ πραισμο.* cap. X.

Satis de philosophis dictum est. Jam ante Chryssippi aetatem — nolebam enim a Peripateticis philosophis sejungere Stoicum — vixit Demo, Atthidis auctor, quem circa Olymp. CXVIII. scripsisse Philochori libri, quibus is Demonis narrationes carpserat, fidem faciunt: vide Siebelin. Phanodem. et rell. p. VII sq. Edidit Demo *περὶ παροιμιῶν* libros, ut minimum, quadraginta. Modo Bekkeri codices verum servaverunt apud Harpocracionem p. 130, 4. *Μουσῶν λείαν.* — *παροιμία τις ἔστιν οὕτω λεγομένη, ἣν φησι Δῆμων ἐν μ' περὶ παροιμιῶν τὴν ἀρχὴν λαβεῖν κτλ.*, ubi tamen et tres libri Bekkeri *ἐν α* vel *ἐν α^ω*, h. e. *ἐν πρώτῳ*, monstrant, et scriptum reppererunt Apostolius XIII, 36. et Phavorinus. Quod autem Demonem paroemiographum non diversum statuo fuisse ab Atthidis auctore, exemplum sequor magnorum virorum, Casauboni ad Athen. III, 17. p. 150. Schweigh. Meursii aliorum. Eandemque sententiam nuper adoptavit Vaterus in Euripidis Rhes. p. 142. Primus dubitationum fluctus excitavit Tiberius Hemsterhusius in Aristoph. Plut. p. 353. Lips. Quos facile est compescere. Ea enim doctrina rerum antiquarum referta sunt quae e Demonis proverbii aetatem tulerunt, ut historicum aperte loquantur, qui quidem ea maxime videtur consecratus esse, quae ex historiae recessibus illustranda essent. Vide ad Zenobium III, 21. *Διὰς Κόρινθος*: V, 80. *Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι*: V, 85. *Σαρδάνιος γέλως*: Append., v. *Τὴν Συρακουσίαν δεκάτην*: Diogen. VIII, 67 sive Photium s. v. *Φοινίκων συνθήκαι*: Photium s. *Δωδωνάϊον χαλκείον*, coll. nott. ad Zenob. VI, 5. Accedit, quod non pauca ex proverbii Demonianis Atticas potissimum historias tangebant. Compara Scholia Aristoph. Avv. 302. Zenob. III, 6. *Τις γλαῦν' Ἀθήνας' ἤγαγεν*; Zenob. V, 29. *Οἰναῖοι τὴν χαράδραν*: " *Ονος ἄγων μυστήρια* Phot. s. v., Diogen. VI, 98.; *εὐγενέστερος Κόδρον* Phot. s. v. Zenob. IV, 3. Vide insuper ad Zenob. IV, 19. V, 52. et Siebel. p. 18 sqq. Interdum est, ubi fluctues, in Atthide an in Paroemiatarum opere sedem habuerint singulae explicationes. Velut proverbium Ἀγα-

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1
Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO.

IX

μεμόνεια φρέασι, — Zenob. I, 6. — locum habebat ἐν δωδεκάτῃ τῆς Ἀτιθίδος, Hesych. s. v. Hinc Macarii testimonium p. 15. Walz., — cfr. Zenob. I, 13. ad verbum in explicatione consentientem, sed Demonis tamen nomine suppresso — quod apud Siebelin desideratur, ad Attalidem potius adjungas quam ad Proverbiorum farraginem: Ἀγαμέμνωνος θυσία ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ ἀνυποτάκτων. Ἀήμων γὰρ ἱστορεῖ, ὡς Ἀγαμέμνωνος θύοντος ἐν Τροίᾳ ἔφηνεν ὁ βοῦς καὶ μόλις ληφθεὶς ἤχθη.

Demo quam copiosas proverbiiis υποθέσεις supposuerit uno docebo exemplo eoque perillustri. Sic enim exstat in Scholiis Vatic. Rhesi 244. de proverbio ἔσχατος Μυσῶν, quocum compone tenuitatem nostrorum Paroemiographorum Append. II, 85. Ἀήμων ἐξηγούμενος περὶ αὐτῆς φησὶν, ὡς ὕστερον τῶν Τρωικῶν λοιμοῦ καὶ φθορᾶς καρπῶν περιεληλυθίας τὴν Ἑλλάδα, μαντευσμένων περὶ τῶν παρόντων, χρῆσθαι τὴν Πυθίαν τηρικαῦτα παύσαν αὐτοῖς τῶν δεινῶν, ἐπειδὴν τινες τῶν ἀπὸ Ἀγαμέμνωνος ἐχόντων τὸ γένος πλεύσαντες εἰς Τροίαν τὰς πόλεις κτίσωσι καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς ἀναλάβωσι, ἃς ἠφανίσθαι συνέβαιεν ὑπὸ τοῦ πολέμου. ταύτην τὴν μαντείαν παραδεξάμενον τὸν Ὀρέστην συνέβη λυπεῖν τὸν βίον. μετὰ δὲ Ὀρέστην Τισαμενὸν λαβεῖν τὴν ἀρχὴν καὶ μετ' ἐκείνον Κομήτην. οὗ χρωμένου ποῖ δέοι πλεῖν, κατὰ γὰρ εὐλάβειαν καὶ δις καὶ τρις περὶ τῶν αὐτῶν ἐπανέροχεται, τοῦ θεοῦ δοθῆναι χρησμόν, ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν. κατολιγορήσαντας δὲ, πολλῶν συνηθροισμένων, τοῦ χρησμοῦ ἀφίστασθαι καὶ τὸν Κομήτην καταλιπεῖν, μικρὸν πεφροντικέναι λέγοντας αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Μυσοῦ ἔσχατου. κατὰ τὴν ἐρχομένην γενεὰν Πενθίλου πάλιν συναγείραντος τὴν στρατιὰν καὶ τοῦ θεοῦ τὸν αὐτὸν ἐπενέγκαντος χρησμόν, διὰ τὸ παραδόξον εἰς παροιμίαν διὰ τοῦτο προσεῆναι φασιν (leg. περιστῆναι). Εἰσὶ δὲ οἱ Τηλέφω γενέσθαι τὸν χρησμόν τοῦτον. μαντευσμένων γὰρ αὐτῶν περὶ γονέων, ἐπὶ τινὰς ἂν τόπους πλανηθεὶς ἐξεύροι τοὺς αὐτοῦ γονεῖς, τὸν θεὸν προστάξαι, ἔλθεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν. ἀφικόμενον δὲ εἰς τὴν Τευθρανίαν, νέμεσθαι γὰρ τὰ χωρία ταῦτα Μυσοῦς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρὶ. Haec de Demone.

Devenimus ad doctos Alexandrinos. Qui quum grammatici munus bifarium esse censerent aut litterarium

X

PRAEFATIO.

aut historicum; ad alterum pertinere adagiorum enarrationem voluere. Sextus Empiricus adv. Math. I, 253. Fabric. *Ἐπιτίθεσθαι δὲ τῇ ἱστορικῇ κοινῶς φησὶν ὁ Ἀσκληπιάδης καθὼς καὶ Διονύσιος, τὸ περὶ τὰς γλώσσας, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ περὶ παροιμιῶν καὶ ὄρων (γρίφων Fabricius, *εἰρητῶν* Prellerus de Polemon. p. 190.). Etenim quod in fabularum explicatione consueverant homines veteres, idem tenebant in adagiorum, ut ex historia fabulosa plerumque repeterent singulum aliquod vel factum vel fatum, quod adagio originem dedisset. In quem finem Grammaticis opitulabatur industria periegetarum et antiquariorum, qui in rebus *ἐπιχωρίοις* enarrandis monumentorumque fide explanandis elaborarent, quorum agmen ducit Polemo, de quo vide disputationem Prelleri p. 194 sq. Sic Aristides paroemiographus Polemonem *μεταγράφευ τὴν Δωδώνην ἀκριβῶς ἐπιστάμενον*, v. Prellerum p. 58. Erantque inter paroemiographos antiquiores, qui ipsi susciperent peregrinationes quaeque ex exegetis aliisve hominibus popularibus sciscitando comperissent, ea in proverbiorum ortus causasque eruendas scite conferrent, veluti de quo infra dicemus Lucillus Tarrhaeus.*

Primo mihi loco inter Grammaticos nominandus est Aristophanes Byzantius, qui vixit ab Olymp. circiter CXXX usque ad CXLVIII. Reliquit is duo libros *ἐμμέτρων*, quattuor *ἀμέτρων* proverbiorum. Testis Marcelli locus infra accuratius exhibendus: *Διὸ καὶ τὶς τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων λεχθεῖσας παροιμίας, εἰς αὐτὰς γέγραφε βιβλία δύο μὲν τῶν ἐμμέτρων, τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα.* Intelligi enim Aristophanem Byzantium et quisvis videt nec fugit id A. Schottum. *Ἀμετροὶ* citantur in scholiis Aristoph. Avv. 1292. [v. Plutarchi Provv. II, 24.] eademque intelligendae sunt Zenob. I, 54. et fortasse I, 52. III, 63. et Scholl. Aristoph. Avv. 1463. (cfr. Zenob. IV, 49.). Ex *ἐμμέτροις* excerpta ea videntur quae habet Suidas s. v. *δεξιὸν* [Zenob. III, 36].

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδανίπτρον, Ἀριστοφάνης. Suidam enim Grammaticum loqui, non Comicum, sententia est G. Dindorfii in *Fragmm. Aristoph.* p. 137. et Prelleri Polemon. p. 151., quem vide.

PRAEFATIO.

XI

Adde versum illum Hesiodium qui est apud Harpoer. in nott. ad Append. III, 6. et Suid. s. v. *Πηλέως μάχαιρα*.

Quinque sunt paroemiographi, quorum et opera et nomina semel; quod sciam, commemorata sunt. Qui quando vixerint et quomodo functi fuerint munere suo licet fere non doceamur, hoc tamen loco aptissimum videbatur paucis lustrare. Primus est Theactetus, cuius mentio apud unum Suidam fit in explicando proverbio *Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Θεαίτητος ἐν τῷ περὶ Παροιμίας Παῤῥασίου φησι τὸν ζωγράφον ἀγωνιζόμενον παρὰ Κορωθίους ποιῆσαι Διόνυσον κάλλιστον· τοὺς δὲ ὀρώντας τὰ τε τῶν ἀταγωνιστῶν ἔργα, ἃ κατὰ πολὺ ἐλείπετο, καὶ τὸν τοῦ Παῤῥασίου Διόνυσον ἐπιφωνεῖν Τί πρὸς τὸν Διόνυσον; ἐπὶ τῶν μὴ τὰ προσήμοντα τοῖς ὑποκειμένοις φλαρούντων: Zenob. V, 40. Alter nobili est nomine Aeschylus, si vera est conjectura Meursii et Fabricii Bibl. Graecae V, p. 106., Alexandrinus, cuius sententia de proverbio *Σαρδόνιος γέλως* profertur in Zenobianis V, 85., sive illa ex Didymi commentariis fluxit sive Zenobius adjecit de suo. Alterutrum certe factum sit necesse est, quum Aeschylum praetermittit in uberima de eodem adagio disputatione Lucillus Tarrhaeus. Tertius ad hos accedit *Μύλων ὁ Παροιμιογράφος*, quem advocat Zenobius II, 45. Cujus tamen nomen in codice Bodlejano *Μίλων* scribi neglectum est annotari. Quartum addo Apollonidem Nicaensem, qui Tiberio Imperatore floruit, v. Voss. de Hist. Gr. p. 396. Westerm. Excitat ejus librum de Proverbiis Steph. Byz. s. v. *Τέρινα*. *Ἐκαλέετο (Τέρινα) δὲ καὶ μεγάλη Ἑλλάς, ὡς Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν*. Nisi is titulus corruptelam expertus est. Postremo Attalus nescio quis quintum locum occupat, cuius meminit loco valde turbato Hesychius s. v. *Κορίνθιος ξένος: ἐπὶ τῶν τὰς ἀλλαγὰς (λαταγὰς) Piersonus ad Moerid. p. 253. Lugd., 186. Lips.: v. Append. III, 50.)* — ἀπὸ τῆς παρ' *Εὐρυπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφῶντι. π. χευούσης (ἀποχευούσης) scriptum fuisse censet Schowins, Hemsterhusius ἐπιβουλεύουσης voluit, Musurus ἐπιχευούσης posuit, ego ἐπιχευούσης arbitror). Ὡς δὲ Ἀτταλος ἐν τῷ περὶ Παροιμιῶν, ἐπὶ τῶν διὰ κάλλος, ὡς ὁ Βελλε-**

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

XII. PRAEFATIO.

ροφόντης, Hunc Attalum Stoicum interpretatur Fabricius *Bibl. Graec.* V, p. 106. *coll.* III, p. 544.

Ex genere autem antiquariorum, qui res historicas et fabulosas ad indagandas proverbiorum origines undecunque solerter corraderent fuit Aristides Paroemiographus, de quo jam dicam. Is quo tempore floruerit etiamsi non exploratum est, hoc certe constat, floruisse post Polemonem Periegetam, cujus scrinia compilaverat. Stephanus Byz. s. v. *Δωδώνη*: *Προσθετέον τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι κτλ.* Disputarunt de Aristide post Vossium de *Hist. Graec.* p. 401. Westerm. Wytttenbachius in *Plut.* II, 1. p. 80., Ebertus *Σικελ.* p. 106 sq., Prellerus de Polemone p. 59 sq. Assentior Prellero Milesium non distinguenti a Paroemiographo. Patet ex iis quae Prellerus exposuit, Aristidem si non periegesin, certe complura opera argumenti historici et antiquarii condidisse, *ἱστορίας*, *Ἰταλικά*, *Σικελικά*. Unde explicationem habet, cur ea potissimum proverbia perscrutatus fuerit, quae historici essent argumenti. Vide Zenob. VI, 11. notas ad III, 87. VI, 5. ad Diogenian. VIII, 58. Apostol. XIII, 12. Quomodo opus suum distribuisset efficitur quodam modo ex Athenaei loco XIV, 641, A. *Τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα (Zenob. I, 1.) τέλος τί ἐστὶ καὶ ἔλλιμένιον, ὡς Ἀριστείδης φησὶν ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν.* Alterum librum testatur Stephanus in *nott.* Zenob. VI, 5. Apparet igitur, Aristidem nondum paroemias ex serie litterarum initialium ordinasse, sed ut rerum quandam descriptionem et argumenti sequeretur. Hausit ex eo Tarrhaeus: hinc explicatur, cur Zenobius VI, 5. epitomator Tarrhaei congruat cum Aristide, nisi quod Stephanus explicationem Aristidis multo custodivit integriorem.

Priorum paroemiographorum laudes obscuravit Lucillus ille Tarrhaeus, quae Cretae fuit urbs, vir et in grammaticis probe versatus et de historica disciplina eximie meritis. Explicuit Apollonii *Argonautica*, v. *Vitam Apollonii* p. XIV. Wellauer., et Weichertii librum de vita et carmine Apollonii p. 396. Advocatur aliquo-

PRAEFATIO.

XIII

ties etiam nunc in Scholl. Apoll. libri primi simplici *Ταρχαίου* nomine: inter quos locos unus duntaxat est, qui non ad historiam spectet, sed ad grammaticam, I, 1083. Proverbiorum libros tres — eundem numerum servasse videtur Zenobius — summis laudibus exornat Stephanus Byz. s. v. *Ταρχά: Λούκιος ἦν ἀπὸ Τάρχης τῆς Κορητικῆς πόλεως· φέρεται δὲ τούτου τὰ περὶ παροιμιῶν τρία βιβλία ἄριστα καὶ περὶ γράμμάτων καὶ τεχνικὰ γλαφυρώματα. Vide Vossium de Histor. Graec. p. 463. Westerm. Λούκιλλος vocatur plerumque, ut in Vita Apollonii, apud Stephanum v. *Κάλαρα* et *Θεσσαλονίκη*, unde prioris loci *Λούκιος* exturbandus est. Sic qui *Λούκιος* est in nostris exemplaribus Ammonii p. 9, 5. Valckenaer., in editione Frelloniana *Κίλλιος*, apud Eustathium et Apostolium, qui Ammonium exscripserunt, *Λούκιλλος* scribitur. Adde Scholl. Dionys. Thrac. in Bekkeri Ann. p. 652. et Etym. Magn. p. 302.*

Hunc plerique omnes triverunt posteriores. Ut quae ἐν πρώτῳ περὶ παροιμιῶν docuerat de αἴνῳ, λόγῳ, παροιμίᾳ, derivarunt Diogenianus, Ammonius; ex Ammonio sumpsere Eustathius, Apostolius, Arsenius, Phavorinus. Ea tamen ipse, modo supra probabiliter disceptavimus, debebat Chrysippo. Conciliavit autem Tarrhaeus collectioni suae celebritatem non solum excussis accurate copiis priorum, sed ipse vel peregrinationes suscepit ad explorandas fabulas et narrationes singularum urbium, templorum, locorum; vel ex peregrinatoribus res patrias scrutabatur. Scholia Platonis p. 396. Bekker. Ἦκουσα, ὡς φησι Ταρχαῖος, ἐγγχωρίων λεγόντων, ὅτι ἐν Σαρδόνι γίγνεται βοτάνη σελίνῳ παραπλησία κτλ., v. ad Zenob. V, 85. Adde Stephanum s. v. *Δωδώνη*, qui quae de proverbio *Δωδωναῖον χαλκείον* accurate et docte tradit, ea cum explicationibus priorum ex Tarrhaei commentariis videtur hausisse omnia: Κατὰ μέντοι τοὺς ἡμετέρους, φησὶν ὁ Ταρχαῖος, εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος, οἱ δὲ ἱμάντες ἀποπεπτώκασιν. Περὶ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν, ὡς ἐπέπερῳ ἐτύπετο μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἤχῃ δ' ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὡς χειμερίου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο. Quae verba integra adscripsi, ut per hanc

XIV

PRAEFATIO.

occasionem vindicem a violentis conjecturis Prelleri Polem. p. 61., qui tantum abest ut emendatiora reddiderit Stephani verba, ut aperte sententiam depravaverit. Sic enim proposuit locum curandum esse, ut verba *ὡς ἂν ὁ ἄνεμος διαμένη καὶ λάβῃ τῆς μάλιστα*, adderentur ad verba Aristidis quae praecedunt. In sqq. unum recte perspexit *περὶ* mutandum esse in *παρά*. Non vidit autem omnem locum sic esse scribendum: *Κατὰ μέντοι τοὺς ἡμετέρους, φ. δ. Τ., ἔστι μὲν λαβὴ τῆς μάλιστα, οἱ δὲ ἱμάντες ἀποπετώκασιν. παρά μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν, ὡς, ἐπεὶ περὶ ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάλιστα, ἤχει δ' ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὡς χειμερίου τῆς Λαδώνης ὑπαρχύσεως, εἰκότως εἰς παροιμίαν περιεγένετο τὸ χαλκεῖον.*

Tarrhaeum excipit Didymus ille, Grammaticus Aristarcheus, aequalis Ciceronis, qui tamen aetatem produxit ad Augustum imperatorem. In libris proverbiorum, quos concinnaverat tredecim, superiorum videtur narrationes saepe dissonas et absonas convellere instituisse. Id quod vel ex inscriptione claret: Helladii Photii p. 865, 22. Hoeschel. "*Ὅτι Αἰδύμος περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συντάξαε [καὶ] πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας ἐπιγράψας αὐτά.*" Zenobius usurpat II, 31. (eadem paene Diogenian. II, 39.) et IV, 20., adde Harpocrat. in nott. Append. III, 26 et 29., unde quid praestiterit aegre dixeris. Egerat praeterea de proverbio Zenob. III, 36., ubi vide quae annotavit Leutschius et adde Prellerum de Polem. fr. CI. Postremo in auxilium adhibent Scholia Platonis p. 369., de quo loco infra dicetur.

Nos quantum jacturae fecerimus amissis tot proverbiorum *συναγογαῖς* multiplicis variacque eruditionis copiis olim conspicuis ex vestigiis minime dubiis intelligimus, non auguramur. Compara, ut his utar, Stephani Byz. locum de proverbio *Λαδωναῖον χαλκεῖον* cum Zenobiana exiguitate, praeterea vel Scholl. Pind. Isthm. II, 1. Maximum autem excitant desiderium Scholia Platonica, quae quum Platonis dialogi referti sint talibus scitamentis sermonis familiaris, persaepe in enarrandis proverbii occupantur. Proferunt autem illa Scholia bis terve nomina ipsa Tarrhaei atque Didymi, vide p. 369. 396.

PRAEFATIO.

XV

[Zenob. VI, 38. V, 85.] et ipsa citandi ratione certissime arguunt, ex Paroemiographorum horreis se ista in suum penum ingressisse. Scilicet eorum ipsorum nomina dialogorum, ad quos scripta sunt quaeque Scholia, a Paroemiographis plenioribus excitata ne a scholiorum quidem compilatoribus resceta sunt. Quo manifestum redditur, qua illi religione in compilandis proverbiorum constipatoribus fuerint versati. Paucis defungar: sic p. 368. [Zenob. III, 21.] μέμνηται ταύτης Πλάτων ἐν Εὐθύδημῳ, et est scholium ad Euthydemum; p. 365. [Diogen. I, 65.] Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ; p. 369. [Zenob. VI, 38.] Πλ. Κρατύλῳ; p. 374. [Diogen. III, 37.] Πλάτων ἐν Συμποσίῳ, p. 375. Πλάτων καὶ ἐν Λύσιδι καὶ ἐν Συμποσίῳ, in quae omnia idem cadit, quod de prima notatione observabamus.

Quae quum ita sint, Scholiorum Platonicorum ea est utilitas, ut si ea cum nostris Paroemiographis contenderis, manifesto appareat, a qua abundantia eruditionis et luxurie in quas illi angustias temporum hominumque injuriis sint delapsi. Id ut nullo negotio cuius persuadeatur, age juxta positus et scholiorum Platonis et Zenobii aliquot articulis quid rei sit experiamur monstrare.

1. Zenobius II, 91.

Scholia Platonis p. 381.

Γλαύκου τέχνη: ἡ ἐπὶ τῶν ῥαδίως καταγεγραμμένων ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς καὶ ἐντέχνως εἰργασμένων. "Ἰππασος γὰρ τις κατεσκεύασε χαλκοῦς τέτταρας δίσκους οὕτως, ὥστε τὰς μὲν διαμέτρους αὐτῶν ἴσας ὑπάρχειν, τὸ δὲ τοῦ πρώτου δίσκου πάχος ἐπιτρίτον μὲν τοῦ δευτέρου, ἡμιόλιον δὲ τοῦ τρίτου, διπλάσιον δὲ τοῦ τετάρτου, καὶ κρονομένους ἐπιτελεῖν συμφωνίαν τινά. Καὶ

Γλαύκου τέχνη: ἡ ἐπὶ τῶν μὴ ῥαδίως καταγεγραμμένων ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς (ἐπιμελῶς B. et Sieb.) καὶ ἐντέχνως εἰργασμένων. "Ἰππασος γὰρ τις κατεσκεύασε χαλκοῦς τέτταρας δίσκους οὕτως, ὥστε τὰς μὲν διαμέτρους αὐτῶν ἴσας ὑπάρχειν, τὸ δὲ τοῦ πρώτου δίσκου πάχος ἐπιτρίτον μὲν εἶναι τοῦ δευτέρου, ἡμιόλιον δὲ τοῦ τρίτου, διπλάσιον δὲ τοῦ τετάρτου, κρονομένους δὲ τούτους ἐπι-

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

XVI

PRAEFATIO.

λέγεται Γλαῦκον ἰδεῖν τοὺς
ἐπὶ τῶν δίσκων φθόγγους
πρῶτον.

τελεῖν συμφωνίαν τινά· καὶ
λέγεται Γλαῦκον ἰδόντα τοὺς
ἐπὶ τῶν δίσκων φθόγγους
πρῶτον ἐγχειρῆσαι δι'
αὐτῶν χειροουργεῖν; καὶ
ἀπὸ ταύτης τῆς πραγμα-
τείας ἔτι καὶ ἱϋν λέγε-
σθαι τὴν καλουμένην
Γλαύκου τέχνην. μέμνη-
ται δὲ τούτου Ἀριστό-
ξενος ἐν τῷ περὶ τῆς
μουσικῆς ἀκροάσεως,
καὶ Νικοκλῆς (τιμο-
κλῆς Β) ἐν τῷ περὶ θεω-
ρίας. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα
τέχνη γραμμάτων, ἣν
ἀνατιθέασι Γλαύκῳ Σα-
μίῳ, ἀφ' ἧς ἴσως καὶ ἡ
παροιμία διεδόθη. οὗ-
τος δὲ καὶ σιδήρου κόλ-
λησιν εὔρεν, ὡς φησιν
Ἡρόδοτος.

2. Zenobius III, 65.

Ἐν πίθῳ τὴν κερα-
μείαν μαθάνω: παροι-
μία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μα-
θήσεις ὑπερβαίνοντων, ἀπτο-
μένων δὲ εὐθέως τῶν μειζό-
νων. Ὡς εἴ τις μαθάνων
κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν πί-
νακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν
πλάττειν, πίθῳ ἐγχειροῖ.
Δικαίωχος δὲ ἴφρησιν ἕτερόν
τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἰ-
ονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοί-
οις ποιεῖσθαι, ὡς κυβερνή-
της ἐπὶ τῆς νηὸς καὶ ἡνίο-
χος ἐπὶ τῶν ἵππων.

2. Scholia Platonis p. 322.

Παροιμία Ἐν πίθῳ τὴν
κεραμείαν, ἐπὶ τῶν τὰς
πρώτας μαθήσεις ὑπερβαί-
νοντων, ἀπτομένων δὲ τῶν
μειζόνων καὶ ἤδη τῶν τελειο-
τέρων. κέχρηται δὲ αὐτῇ
Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι
καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ, λέ-
γων »τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο,
ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπι-
χειροῖν μαθάνειν« καὶ ἐν-
ταῦθα. Haec Tarrhaei sunt,
opinor: quibus a se ex-
cerptis alia assuit Zenobius
aliunde petita.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO.

XVII

3. Zenobius III, 21.

Διὸς Κόρινθος: παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ λεγόντων καὶ πραττόντων.

Proverbia Bodd. et Vatic.

Ὁ Διὸς Κόρινθος καὶ Παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον: ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πολλάκις ἀνακυκλούντων. Κορινθίων γὰρ ἐπὶ τινας δικαιολογίας τῆς μετὰ Μεγαρέων οὐδὲν δίκαιον ἔχόντων εἰπεῖν, μόνον τοῦτο ὅτι Οὐκ ἀνέξεταὶ ὁ Διὸς Κόρινθος, πολλάκις λεγόντων, οἱ Μεγαρεῖς ἀπεκρίναντο Παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον: ὅθεν ἡ παροιμία.

3. Scholia Platonis p. 368.

Διὸς Κόρινθος: ἐπὶ τῶν ἄγαν μὲν ὑπερσεμνυμένων, κακῶς δὲ καὶ πονηρῶς ἀπαλλαιτόντων. τῶν γὰρ Κορινθίων βαρέα τοῖς Μεγαρεῦσιν ἀποίκους οὖσιν ἐπιαιτόντων τὸ μὲν πρῶτον ὑπήκουον. ὡς δὲ ὕβρεως οὐδὲν ἀπέλιμπανον οἱ Κορινθιοὶ, ἐλπίσαντες οἱ Μεγαρεῖς οὐδὲν ἂν παθεῖν ἀποστάντες, παραχρῆμα τῶν Κορινθίων ἀφίστανται. πέμπουσιν οὖν πρέσβεις οἱ Κορινθιοὶ κατηγορήσαντας τῶν Μεγαρέων, οἱ παρελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄλλα τε πολλὰ διεξήεσαν, καὶ τέλος ὅτι δικαίως ἂν στενάξειεν ὁ Διὸς Κόρινθος ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, εἰ μὴ λήφονται δίκην παρ' αὐτῶν. ἐφ' οἷς παροξυνθέντες οἱ Μεγαρεῖς τοὺς τε πρέσβεις παραχρῆμα λίθοις ἔβαλον, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπιβοηθησάντων τινῶν τοῖς Κορινθίοις καὶ μάχης γενομένης νικήσαντες, φυγῇ τῶν Κορινθίων ἀποχωρούντων, ἐφεπόμενοι καὶ κτεινόντες ἅμα παῖεν ἀλλήλοις τὸν Διὸς Κόρινθον ἐκέλευον. μέμνηται δὲ ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις, λέγων·

*Ἄλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι,
καὶ ἐν Ταγημισταῖς καὶ Ἐφορος ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν καὶ*

b

XVIII

PRAEFATIO.

*Πλάτων Εὐθυδήμῳ. ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῖν ἐπ' οὐδενὶ τέλει ἀπειλούντων φασὶν εἰρησθαι τὴν παροιμίαν. Μεγαρεῦσι γὰρ ὠρημένοις ἀφίστασθαι, ἐπιλέγειν τὸν Κορινθιον * Οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ὁ Διὸς Κόρωνθος. * μὲμνηται ταύτης καὶ Πίνδαρος.*

Ex quo articulo hoc satis patet, Tarrhaecum vel Didymum priorem explicationem habuisse ab Demone, cujus enarrationem ad verbum paene consentientem suggerunt Scholia Pind. Nem. VII. fin. Altera adjungitur, quam olim nec a Tarrhaeco Didymove omissam arguitur collectiones Bodl. et Vat., quae pristinam formam in Zenobianis misere afflictam servaverunt integriorem. Quaecumque autem proverbia in Scholiis Platonicis exstant in Zenobianis et reliquis collectionibus desiderata, ea omnia arbitror ex iisdem Tarrhaeci Didymique libris ducta esse. Ubi autem Scholia a Zenobianis ita discrepant, ut altera alterum interpretem compilasse patescat: Zenobius fortasse Tarrhaecum secutus erat, Scholia Didymum, vel inversa ratione. Illud universe tenebis, Epitomatorum nostrorum manus indoctiores locos scriptorum maxime inducere solitas fuisse, quippe qui amplo apparatu doctrinae haud aegre carerent.

In Platonis proverbia nescio quem singulari cura commentatum fuisse apparet ex scriptore Anonymo de Incredibilibus, quem post Leonem Allatium edidit Th. Gale in Opusec. Mytholl. p. 88 sq. Verba haec sunt: *Παροιμία τις φάσκει Δεδιὼς τὴν σαυτοῦ σκιάν. διδάσκει δὲ δεδιέναι τὴν περὶ τὰ ἔσχατα ὡς πρῶτα σπουδῆν, ὄλεθρον ἡμῖν ἐναγούσαν τῆς ψυχῆς, ἧτοι ἀφανισμόν τῆς ἀληθοῦς τῶν πραγμάτων γνώσεως καὶ τῆς προσηκούσης αὐτῇ κατ' οὐσίαν τελειότητος. οὕτως ὁ εἰς τὰς παρὰ Πλάτωνι Παροιμίας γράφας.* Qui quidem qualiscumque demum fuit — de philosophorum grege eum fuisse facile tibi persuadebis, si ex ungue licebit leonem — vel post nostrorum scholiorum tempus scripsit vel a compilatoribus eorum spretus est. Doctius Scholia

PRAEFATIO.

XIX

381. Bekker. *Τὴν αὐτοῦ σκιάν δέδοικεν: ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλοτάτων. μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίως, p. 62. Dindorf., 22. Fritzsche.*

Exstat aliud monumentum ex vetustate casu quodam felici ad nos transmissum, quod quantum olim homines litterati in enodandos proverbiorum laqueos impenderint studii et eruditionis planissime declarat. Id ego monumentum ab hac parte disputationis nostrae haudquaquam alienum hoc loco reponendum arbitrabor. In mente habeo Marcelli disputationem *περὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι παροιμιῶν*, de qua olim haec scripsit A. Schottus Praefat. p. XV. Gaisf.: »De proverbiorum origine et ad explicandum difficultate sic Eusebius Caesariensis Episcopus libro I. de tribus contra Marcellum Ancyranum Episcop., quos scripsisse Eusebium Socrates testatur Ecclesiasticae historiae lib. I. cap. 25. Quod opus cum tribus de Ecclesiastica Theologia ejusdem libris adversus eundem Marcellum, quia ineditum adhuc delitescit apud Britannos, qua fide accepi, hic repraesento.« Haec Schottus. Nempe Marcellus Ancyrae Episcopus a. 336. Constantino Magno obtulerat librum, quo suspicionem Arianismi et Sabellianismi elucet. Quem redarguit Eusebius Pamphili in eo opere quod inscripsit: *Τὰ κατὰ Μαρκέλλου τοῦ τῆς Ἀγκύρας ἐπισκόπου*. Hinc excerpta haec est particula, v. Reinesii Varr. Lectt. III, 6. p. 442. Auctionem locum exhibuit Gaisfordus, qui haec annotavit: »Hunc locum cum Schotto communicaverat Ricardus Montacutius, ipso teste in annotat. p. 12. col. b. extr. ed. Paris. 1628. Nos integriorem et emendatiorem paulo e MSS. Bodl. [E 1. 10 et 11.] dabimus sub finem hujus Praefationis. Nec pauca aliis corrigenda relinquimus.« Dedit Gaisfordus p. XXII sqq. Numeros paginarum Gaisfordi ad oram signavi. Ego vero licet gravissimos quosdam locos si non sanasse, at propius tamen ad sententiae sanitatem admovisse mihi videar, quaedam tamen acutioribus ingeniis persananda reliqui.

XX

PRAEFATIO.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ἙΛΛΗΣΙ
ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ.

Οὐδὲν ἄτοπον οἶμαι ἐν τῷ παρόντι ὀλίγον τῶν ἔξωθεν xxii.
 ὑπομνήσαι-σε παροιμιῶν· Ἄλλ' ἢ τέθνηκεν ἢ διδάσκει
 γράμματα. Ταύτην τὴν παροιμίαν πρὸς μὲν τὸ φαινόμε-
 νον τοῦ γράμματος ὑπολάβοι ἂν τις κατὰ τῶν γράμματα δι-
 δασκόντων εἰρηῆσθαι, ἐπεὶ καὶ ἕτερός τις τῶν παρ' αὐτοῖς 5
 ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων ἔφη· τὸ δ' οὐχ
 οὕτως ἔχειν οἱ τὰ ὑπομνήματα γράψαντες ἔφασαν· ἀλλ' ἐπειδὴ
 Ἀθηναίους Σικελιωῖται φασιν πολέμῳ νικήσαντες μόνους ἔσω-
 ζον τοὺς παιδείαν σκηπτομένους, διδασκάλους αὐτοὺς τοῖς xxiii
 παισὶν ἄγοντες, τοὺς δ' ἄλλους πάντας ἐφόνευσαν, ἐξ αὐτῶν 10
 τινας φυγόντας καὶ ἐπανελθόντας ἐρωτωμένους τε ὑπ' Ἀθη-
 ναίων περὶ τῶν διαφθαρέντων αὐτοῖς ἔφασαν εἰρηκέναι ἀλλ'
 ἢ τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα. Τί δὲ καὶ τὸ Αἰξ
 τὴν μάχαιραν; νομίσειεν ἂν τις εἰρηῆσθαι, ἵνα θεῶ πρό-
 τερον τὰ περὶ αὐτῆς λεγόμενα, πάντως που διὰ τὸ τὴν θυο- 15
 μένην αἶγα εἰς τὴν μάχαιραν ἀφορᾶν εἰρηῆσθαι τὴν παροιμίαν.
 ἀλλ' οὐ τινες † τοῦτ' ἔφασαν οἱ παλαιοί· οὐδὲ γὰρ παροιμία
 ἦν ἂν ἢ λεηθεῖσα, εἴγε τοῦθ' οὕτως εἶχεν, (τοῦτο γὰρ ἀκό-
 λουθον ἦν ἐκ τῶν φαινομένων ἐννοεῖν,) ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἰαυ-
 τοῖς κακὰ προξενούντων εἰρηῆσθαι τοῦτο φασίν. 20
 Φασὶ γὰρ Μήδειαν ἐν Κορίνθῳ τὰ τέκνα ἀποκτείνουσαν κατα-

1) Libri Οὐδὲν γὰρ ἄτοπον.

6) Demosthenes in Aeschinem, de Cor. p. 315, 7. Libri
ἐδιδάσκετο. Correxerit Gaisfordus. — Cf. Zenob. IV, 17.7) οἱ τὰ ὑπομνήματα γράψαντες sunt qui infra audiunt οἱ τὰς
παροιμίας ἐρμηνεύσαι προελόμενοι, *Paroemiographi*.

10) Legebatur ἐξ αὐτῶν δέ τινας.

12) περὶ τῶν διαφθαρέντων scripsi: legebatur περὶ τινων
διαφερόντων. Sponsor Zenob. IV, 17. Οἱ οὖν διαφερίγοντες εἰς
Ἀθήνας καὶ ἐρωτωμένοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἔλεγον· Ἡ τέθνηκεν ἢ
διδάσκει γράμματα.14) Haec pessime mulcata sic ferebantur: Τί δὲ καὶ τὸ Αἰξ
τὴν μάχαιραν νομίσειεν ἂν τις εἰρηῆσθαι † μὴν ἂ θεῶ πρότερον τὰ
π. α. λεγόμενα πάντων που, διὰ τὴν θυομένην κτλ. Probabiliter ca-
stigasse mihi videor.

17) οὐ τινες. Fortasse οὐ μὴν vel οὔτι.

19) Similiter nostri *Paroemiographi*: vide ad Zenob. I, 27.

PRAEFATIO.

XXI

κρούσας τὴν μάχαιραν ἀπὸ τοῦ· τοὺς δὲ Κορινθίους κατὰ χρη-
σιν αὐτοῖς αἶγα μέλαιναν ἐναγίζοντας ἀπορεῖν μάχαιρας· τὴν
δὲ αἶγα σάλλουσαν τῷ ποδὶ τὴν Μηδείας ἀνευρεῖν μάχαιραν
καὶ αὐτῇ τυθῆναι. Τί δὲ τὸ "Ἄλις θρυῶς σημαίνει φησί
τις; οὐ γὰρ ἀνατὸν ἐκ τοῦ προχείρου γινώσκων τὴν παρ- 5
ομιλίαν. Οἱ παλαιοὶ, ὡς ἔφασαν, πρὸ τῆς τοῦ σίτου γεωρ-
γίας βαλανηφαγοῦντες, ἐπειδὴ ὡς ὄντα ὁ καρπὸς οὗτος
ὑστερον εὐρέθη, ἐκείνη προσέχοντες τὸν νοῦν, καὶ τῇ μετα-
βολῇ προσχαιροντες, "Ἄλις θρυῶς ἔλεγον, καὶ τοῦτο τὴν
παροιμίαν ἔφασαν εἶναι. Ἀϋθίς τε ἑτέρας παροιμίας ὑπὸ 10
πλείστον τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν ἐν πλείστοις καὶ διαφόροις
βιβλίοις εἰρημένης, τίνα περὶ αὐτῆς γεγράψασιν οἱ τὰς παρ-
ομίας ἐρμηνεύσαι προσελόμενοι ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι μνη-
μονεύσαι, [ἀλλ'] ἵνα ἐλέγξωμεν Ἀστέριον καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω-
θεν αὐτὸν μαθημάτων, εἰδόμενα μὲν ἀκριβῶς τὸ τῆς παροιμίας 15
ἔξαιρέσον, ἐν δὲ τῷ παρόντι ἄνοιαν προσποιηθέντα, ἵνα
τὸ ἑαυτοῦ βούλημα διὰ τῆς τοῦ παροιμιώδους ἡτοῦ χρήσεως
πιθανῶς κατασκευάζειν δόξη. Ἔστι δὲ Ἰλαύκου τέχνη.
Ταύτης οἱ ἔξωθεν σοφοὶ τῆς παροιμίας μνημονεύσαντες
διαφόρως αὐτὴν ἐξηγήσαντο· ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν τις ἔφη, 20

2) Dissidet narratio Paroemiographi quem ob oculos habe-
bat Marcellus ab iis quos nosmetipsi versamus manibus. Etenim
quod ab editoribus post v. αὐτοῖς interpolatum erat vocabulum
δοθέντα, fidenter expuli iubentibus et libris MSS. et ipso tenore
disputationis. Sic Marcelli auctor facit Corinthios liberis Me-
deae a matre trucidatis ἐναγίσματα offerri: reliqui de θυσίᾳ Junoni
Acraeae a Medea vota loquuntur. Recte vero me sententiam
Marcelli enucleasse commonstrat vox ἐναγίζων et αἶξ μέλαινα. Nec
concinunt in eo, quod nostri Paroemiographi non ensem Medeae
occultatum narrant, sed eorum qui in id negotium conducti ca-
pram adduxissent: τῶν κομισάντων μισθωτῶν.

4) Ἄλις θρυῶς] confer Zenob. II, 40.

6) ὡς ἔφασαν. Intellige et hic et infra τοὺς τὰ ὑπομνήματα
γραψάντας.

12) Legebatur τῶν.

14) ἀλλ' uncis inclusi.

15) αὐτὸν aut secludendum videtur aut in αὐτῶν mutandum.
Τὰ ἔξωθεν μαθήματα sunt quae ad gentiles pertinent, ut infra ὁ
παρ' αὐτοῖς σοφοὶ docti gentiles.

17) Fortasse παροιμιώδως.

Cambridge University Press

978-1-108-01553-0 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 1

Edited by E. L. von Leutsch and F. G. Schneidewin

Frontmatter

[More information](#)

XXII

PRAEFATIO.

Γλαυκόν τινα ἐπιστήμονα τέχνης τινὸς γεγονότα, † πολλῶ
οὔσαν θαυμασιωτάτην ἀπολέσθαι ἅμα ἐκείνῳ κατὰ θάλατταν,
μηδενὸς πῶ διακηκότος αὐτῆς. Ἐτερος δὲ τὴν ἐπ' ἄκρον
μουσικῆς ἐμπειρίαν μαρτυρήσας τῷ Γλαύκῳ, τοὺς κατασκευα-
σθέντας ὑπ' αὐτοῦ δίσκους χαλκοῦς φησὶ τέσσαρας πρὸς τὸ 5
ἐμμελῆ τινὰ τῆς κρούσεως τὴν συμφωνίαν τῶν φθόγγων ἀπο-
τελεῖν, ἐνθεν τε εἰρησθαι τὴν παροιμίαν. Ἄλλος δὲ τις
Ἀλυατικῶν ἀναθημάτων φησὶν ἀνακεῖσθαι κρατῆρα καὶ ὑπο- xxiv
κρατήριον θαυμάσιον, Γλαύκου Χίου ποιήμα. Ἐτερος δὲ
Γλαυκὸν αὐτὸν ἀναθεῖναι εἰς Δελφοὺς τρίποδα χαλκοῦν, οὕτω 10

1) Legebatur: Γλαυκόν τινα ἐπιστήμονα τέχνης τινὸς γεγονότα,
† πολλῶν οὔσα θαυμασιωτάτην, ἀπολέσθαι ἅμα ἐκείνῳ κατὰ θάλατταν.
Post γεγονότα fortasse excidit εὐδοκιμησῆσαι vel simile verbum. Re-
liqua certa medela restitui. Ceterum hanc primam explicationem
ignorant nostri Paroemiographi. Quaeritur jam, quis ille fuerit
Glaucus, quae illa τέχνη. Fuit, si recte conjicio, Glaucus
Anthedonius, qui quum nobilissimus piscator pisces a se captos
contactu herbae cujusdam reviviscere et in mare resilire vidisset,
gustata ea herba ipse quoque in mare se praecipitavit et deus
marinus factus esse perhibetur, ὃ τὴν αἰεῖζον ἄφθιτον πόαν φαγών,
quae sunt verba Aeschyli in Glauco Pontio, v. Hermannii Opusce.
II, p. 64 sq. Scholia Apoll. Rhod. I, 1310. Ἐῖτα ὡς ἐς ἄκρον γή-
ρωσ ἤρχετο, μηδέτι φέρον ἐδίσκευσεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν καὶ ἐτιμήθη
ὡς θαλάσσιος δαίμων. Illa ars sanequam pretiosa et πολλῶ θαυμα-
σιωτάτη cum Glauco ἀπόλετο κατὰ θάλατταν.

3) Ἐτερος. Scholia Plat, p. 381. et Zenob. II, 91. — supra
excitavimus — Hippasum dicunt κατασκευάσαι χαλκοῦς τέτταρας δι-
σκους, quorum concentum primus viderit Glaucus. Marcelli auctor
ipsum Glaucum fabricasse scripserat.

3) Legebatur ἐπ' ἄκρων. De locutione ἡ ἐπ' ἄκρον μουσικῆς
ἐμπειρία et similibus paucula Jacobsius in Anth. Palat, p. 206.

5) sq. An πρὸς τὸ ἐμμελὲς τῆς κρούσεως τινὰ συμφωνίαν?

7) Fortasse ὅθεν εἰρησθαι. — Ἄλλος δὲ τις] confer He-
rodotum I, 25. Ἀλυάτης ὁ Αλυδὸς — ἀνέθηκε ἐς Δελφοὺς κρατῆρα τε
ἀργύρεον μέγαν καὶ ὑποκρατηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, θέτης ἄξιον διὰ
πάντων τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, Γλαύκου τοῦ Χίου ποιήμα, ὃς
μῦθος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. Cfr. Pausan. X,
16, 1. et Wesseliagii notam. Ceterum a Glauco Chio similiter
derivabat proverbium Dionysodorus Hesyehii, quem adscripsimus
supra p. VII. Sed universe ille, nec cogitans, ut videtur, de
donariis Alyattae.

9) Haec altunde non nota sunt. Verba mire corrupta sic
videntur refingi probabiliter posse: οὕτω δημιουργήσαντα ἐν τῶν

PRAEFATIO.

XXIII

δημιουργήσαντα, † τοῖσι πάχως τε κρουομένοι, τοῖς τε πόδας, ἐφ' ὧν βέβηκε, καὶ τὸν ἄνω περικείμενοι καὶ τὴν στεφάνην τὴν ἐπὶ τοῦ λέβητος καὶ τὰς ῥάβδους διὰ μέσου τεταγμένας φθέγγεσθαι λύρας φωνῆ. Καὶ αὐθις ἕτερος ἀπὸ Γλαύκου τινὸς δόξαντός τι πλέον πεποιημένα, εἰρησθαι τὴν 5 παροιμίαν. Ὅρῳ ὅπως τὸ δυσχερὲς τῆς παροιμίας καὶ διὰ τούτου δείκνυται, διὰ τοῦ μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐρμηνείας στήναι τοὺς τὴν παροιμίαν ταύτην ἐξηγήσασθαι βουληθέντας· οὕτω δυσεὔρετέν τι πρᾶγμα τὸ τῆς παροιμίας καὶ παρὰ τοῖς 10 ἔξωθεν εἶναι δοκεῖ. Διὸ καὶ τις τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων λεχθείσας παροιμίας, εἰς αὐτὰς γέγραφε βιβλία δύο μὲν τῶν ἐμμέτρων, τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα. Ταύτας δὲ παροιμίας ὠνόμασαν οἱ ἔξωθεν δι' οὐδὲν ἕτερον, ἐμοὶ δοκεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ ταῖς τοῦ 15 σοφιστάτου Σολομῶνος παροιμίαις ἐντυγχόντες καὶ γρόντες δι' αὐτῶν ὅτι οὐδὲν ἔστιν ἐκ τοῦ προχείρου σαφῶς τῶν ἐν αὐταῖς εἰρημένων μαθεῖν· καὶ αὐτοὶ ζηλώσαι τὸ προφητικὸν βουληθέντες γράμμα, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ γεγράφασι τρόπον, εἶτα, ὡς μηδὲν ἕτερον ὄνομα κυριώτερον ἐκείνου ἐπινοῆσαι δυναθέντες, καὶ ταύτας παροιμίας ὠνόμασαν. 20

Haec hactenus. Sequitur ut in eam aetatem descendamus, qua studia litterarum Graecarum sub imperatoribus Romanis novo fervore instaurata ad rhetoricas potissimum ἐπιδείξεις dirigebantur. Etenim sacculis post Chr. nat. altero et tertio sophistarum qui tum dicebantur, studia laetissime efflorescebant, qui veneribus omni-

(v. Zenob. II, 91.), ὅστε κρουμένοι τ. τ. π. ἐ. ὧν β. καὶ τὸν ἄνω περικείμενον λέβητα καὶ τὴν στεφάνην τὴν ἐπὶ τοῦ λέβητος καὶ τὰς ῥ. τὰς διὰ κτλ.

4) αὐθις ἕτερος] Haec quoque nova explicatio, quae numero quinta est. Anne relabatur ad eam enarrationem, quam tangunt Scholia Platonis, quae est de τέχνη γραμμάτων a Glaucō Samio reperta?

12) Legebatur γεγραμένα. τῶν μέτρων codices: correxit Schottus. De Aristophane vidimus supra p. X.

13) οἶδ' ἔξωθεν Gaisfordus.

17) Post v. μαθεῖν incisionem posui majorem.

XXIV

PRAEFATIO.

bus et illecebris orationem exornare allaborabant. Nec proverbiorum illi incuriosi erant, quae teste Demetrio de Eloc. CLVII. in ταῖς ἐν τοῖς πράγμασι χάρισι censebantur. Existere igitur, qui in gratiam comendae orationis studiosorum proverbia a superioribus Paroemiographis sedula cura conquisita in commodiorem et habiliorem formam concinnarent. Quo in negotio ita se facillime satisfacere posse arbitrati sunt desiderii aequalium, si quae ab antiquioribus uberrime essent disputata in epitomae angustias coartassent. Ii libri proverbiorum ex ordine litterarum consertorum quum propter modicum ambitum valde expeterentur, factum est, ut copiae priorum paullatim de manibus hominum excussae sordescerent et novicii libelli frequenter descripti interitum effugerent soli. Accessit lexicorum rhetoricorum multitudo; quae qui condebant ut sanam dicendi consuetudinem oratorum Atticorum et condimenta sermonis commendarent aequalibus suis, nec proverbia appendere neglexerunt.

In sophistis illis principem locum assigno Zenobio, de quo haec perscripsit Suidas s. v. Ζηνόβιος, σοφιστής, παιδύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος. Ἐγραψεν ἐπιτομὴν τῶν παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταρῥαίου ἐν βιβλίοις τρισὶ (βιβλία γ' codex V), Μετάφρασιν Ἑλληνικῶς τῶν Ἱστοριῶν Σαλουστίου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἱστορικοῦ καὶ τῶν καλουμένων αὐτοῦ Βελῶν (Βέλλων), Γενεθλιακὸν εἰς Ἀδριανὸν Καίσαρα καὶ ἄλλα. Proverbiorum collectionis ex Didymi et Tarrhaei ubertate compendifactae meminere pauci scriptores veteres: Scholia Arist. Nubb. 134. Ζηνόβιος (vulg. Ζηνόδοτος correxit Hermannus.) ὁ τὰς Ταρῥαίου καὶ Διδύμου παροιμίας ἐπιτεμὼν quae sequuntur ex Zenob. III, 87. sumpta eximie concinunt cum nostris. Unde suspicere, Zenobianam farraginem satis integram ad hanc aetatem propagatam esse. Modo constaret, non esse illud Scholium novicium. Nec trium librorum ulla in nostris significatio superest; in Centurias dispescuit Erasmi institutum secutus A. Schottus. Praeter illud Scholium titulo paullulum variato Anonymus Scholiasta Aristot. Rhetor. lib. II, p. 42. laudat Zenobium: ὡς ὁ Κρατερός φησιν ἡ Δοῦρις ἐν τῇ βιβλίῳ τῶν παροιμιῶν Ζηνοβίου ἀπὸ

PRAEFATIO.

XXV

τοῦ Ταρῥαίου, quae spectant ad Zenob. II, 28. Denique Tzetzæ Chill. VIII, 18. quum ait: Ἐν παροιμίαις Δίδυμος καὶ Ταρῥαῖος γράφουσι, in mente habet Zenob. I, 83.

Videtur Zenobius fuisse primus, qui proverbialia ex ordine litterarum disponeret, siquidem ad amussim exigenda est inscriptio libri, quae haec est: Ζηγοβίου ἐπιτομὴ (ἐκ addit cod. Paris.) τῶν Ταρῥαίου καὶ Διδύμου συντεθεισῶν (συντεθειῖσα verissime cod. Par.) κατὰ στοιχεῖον. Probavit autem illum morem, qui ordinem litterarum elementarem non religiose custodiret, sed litterae initialis solius haberet rationem. Ego vero qui Zenobium satis integrum ad nos pervenisse dicebam, rem universe spectabam. Sunt enim quae in libris exciderunt, sunt quae praeter mentem auctoris furtim infarta: illa culpa vel librariorum vel tinearum, vel casu denique aliquo; haec prava aemulatione usurpantium interpolatorum. Veluti narrationes fabulosae, quae ab ipsorum explicatione proverbiorum remotiores sunt, male illatas esse, fidem facit codicum Bodlejani et Vaticani comparatio, qui quidem istis deliciis ex Apollodori Bibliotheca maximam partem compilatis carent. In eundem censum venire videntur excerpta illa ex νομίμοις βαρβαροκοῖς V, 25., quae proverbio Νόμος καὶ χώρα adhaeserunt. Est ubi emergunt quae ab ipso Zenobio ne potuerunt quidem inseri nedum a Tarrhaco Didymoque proficisci, ut IV, 32. Menandri Protectoris memoria, si modo Protector, Justiniani et Mauricii Imperatorum aequalis, intelligendus est; sic I, 17. Ἀνευθεῖς ὁ θεὸς ab homine Christiano inculcatum statuimus. Fraudem coarguit hoc quidem loco vel id, quod lemma excipit vox παροιμία. Unde patet ex Scholio aliquo lexicove proverbium interpositum esse. Motam a Saxio de Luciano a Zenobio Diogenianoque commemorato dubitationem composuere tamen Rankii mei rationes de aetate Luciani initae, v. de Hesychio p. 66.

Ceterum Zenobii ipsius interdum videtur in excerptis Didymi Tarrhaeque copiis defecisse industria. Auctoritates enim scriptorum qui usurpassent proverbialia prout lubuit vel adscripsit vel neglexit: quid quod in